



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

An dignus petens beneficium, Cathedram, seu Collegium, illudque
acceptans in concursu dignioris peccet, obligeturque ad restitutionem, &
quid de impediendis dignum, vel digniorem ab illius ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

casu tantum videntur locuti. Et quidem si concursus fundatur in quodam edicto, quo competitors vocentur sub promissione eligendi digniorem, euidens est digniori omisso iniuriam fieri, si dignus eligatur; quia ratioe promissionis facta, sub qua se examini, & concursui subiecit, beneficium illi debitum erat, sicut debetur res plus offerenti, cum sub voce praeconis sic danda promittitur, vt tradit Bart. communiuiter receptus, in leg. si natus in primo, num. 4. ff. de testig. lib. 2. p. subit. cano.

At alicui doctores censent edictum; quod in concursu beneficiorum, & cathedrarum fit, non fieri sub hac promissione eligendi digniorem; solum enim promittitur cuiuslibet eius ius esse seruandum: cum autem ipse seclula promissione ius iustitiae non habuerit ad beneficium, tamen inter oppositos dignior sit; efficitur ex supradicta promissione ius iustitiae non obtinere; ac proinde nullam esse obligationem restitutionis, eo quod facte praetermissus, sic tradit expressè Nicol. Garcia 7. p. de benef. cap. 16. n. 57.

Ceterum hic modus dicendi omnino est reiciendus, sicuti illam reuocant reliqui alij doctores. Nam licet verbis claris, & expressis non promittatur ei, qui repositus fuerit dignior, beneficium, promittitur tamen verbis aquiaalentibus: si enim cuiuslibet promittitur ius suum seruandum, & sub hac promissione ad certamen prouocatur, & ex alia parte est lex, seu statutum, vt inter competitors digniori conseretur, clarum est in promissione imbiti hoc factum, sicuti imbitur promissio non conferendi beneficium alteri à competitoribus. Quare si cui esset iniustitia cum obligatione restituendi, si electores alterum à competitoribus eligerent; sic est iniustitia cum obligatione restituendi si dignum eligant, & digniorem omnittunt; quia aequè ad vtumque est obligatio ex promissione posito statuto. Adde, in beneficiis parochialibus, quae iuxta Trident. per oppositionem, & concursum obtinentur efficacius doctrina procedit; si quidem digniori omisso conceditur ius appellandi ab iuriqua electione. Sicut ergo Pontifex digniori factam esse iniuriam, quae debet à iudice superiori reparari, & ita in his beneficiis conc. dicit Garcia supra n. 16.

Ex his fit eligentes ad praebendas collegiorum dignum, omisso competitore digniori peccare contra iustitiam cum obligatione restituendi digniori praetermissio. Tum quia sub hac promissione eligendi digniorem fuerunt omnes ad concursum vocati, cui non subiecerentur, nisi intelligerent ad sic eligendum electores obligari. Tum quia collegiorum praebendae in fauorem praecipue eligendorum sunt institutae, vt illo praemio propulsio ad virtutem, & litteras incitarentur, & in his etiam censent Garc. sup. n. 46.

Argumenta prima sententiae nobis non contradicunt, solum enim probant digniori non esse debita beneficia absolute, & ex sua institutione, non autem probant ex speciali promissione deberi non posse.

§. V.

An dignus petens beneficium, cathedram, seu collegium, illudque acceptans in concursu dignioris, peccet, obligeturque ad restitutionem? Et quid de impediens dignum, vel digniorem à illius consecutione?

- 1 Neque peccat, neque tenetur ad restitutionem; debet tamen bona fide procedere.
- 2 Duplitem dignior impediri potest, si impediatur absque ulla vi, vel fraude à beneficio, quod illi proprie debitum non sit, non est peccatum.
- 3 Si malo animo facias peccas, sed non obligaris restituere. Et si satis quibusdam exerbis.
- 4 Si vi, vel dolo impediatur, obligaris restituere.
- 5 Quid si impediatur dignum, vt daretur digniori?
- 6 An tenearis beneficium resignare, si tibi digniori, omisso digniori, collatum est? Probabilis est te obligatum non esse.
- 7 An pecces, obligeris que restituere, si ob aperitionem litterarum obtinet beneficium, quod alius obtineret, si tu non aperires? Sub distinctione responderetur.
- 8 Quid si muneribus infectus eligentem?
- 9 Quid dicendum in oppositione cathedrarum?

Communis sententia tenet, nec peccare, neque villam restitutionis obligationem habere, quia ipsi non competit sui aliorumque competitorum merita pendere, sed se electoribus examinandum proponere. Vnde si electores cum eligant cum minus dignus sit, illis, & non electo culpae tribuendum est; & ita tradit Caiet. 2. 2. q. 18. n. 3. Cou. reg. peccatum. 2. p. §. 2. n. 4. Azor. 2. p. in ff. mor. lib. 6. c. 1. §. 9. 13. & 14. Lessius lib. 2. de iust. c. 34. dub. 1. §. n. 70. Valq. opus. de benef. c. 2. §. 3. dub. 18.

Hae communis sententia vetissima est casu quo petens, acceptansque beneficium bona fide procedat. Nam si clare cognosceret se minus dignum esse, neque diligentia excessum Fer. d. de Castro Sum. Mor. Pars II.

recompensaturum (quod raro, vel nunquam contingit, cum propria merita alicui clariora appareant) censo neque beneficium petere posse, & si obtineat obligationem habere satisfaciendi digniori omisso, si beneficium per concursum prouisum est. Ratio est clara, quia tunc peteret, quod electores praetere nullo modo licite possunt. Ergo peccat peccando. Item impedit ne debitum beneficium digniori tribuatur, ergo iniuriam committit, ac proinde obligationem satisfaciendi contrahit: sic Lessius lib. 2. de iust. c. 12. dub. 18. n. 129. Rebell. 1. p. de obligat. iust. lib. 3. q. 6. n. 1. & §. 99.

Dices, ergo dignus non se poterit opponere beneficio, vel cathedrae in concursu dignioris clare cogniti? Respondeo, vt beneficium, vel cathedram de facto obtineat, concedo. At vt suum ius prosequatur, & te cognoscendum tradat, aliegare que possit sapè se opposuisse, bene poterit; imò poterit se opponere animo obtinendi beneficium, vt cathedram, si forte dignus moriatur, vel ab oppositione desistat. sic alius relatis Cou. in sum. q. 31. Rebell. de oblig. iust. 1. p. lib. 3. q. 6. n. 4. Azor. 2. inf. mor. lib. 6. c. 1. §. 9. 14. in fine. 2. Ex his venit d. c. idenda quatio an si impediatur digniori à beneficii consecutione, vt tibi vel alteri conseratur, pecces, obligationemque habeas restituendi? Pro cuius de solutione praemittendum est duplitem se posse digniorem impedire, vt muneribus, susceptioneque honesta, vel dolo, vi, & fraude. Item impedire potes recta intentione, vt tuae utilitati prospicias vel malo animo, vt alteri noceas, item impedire potes digniorem à beneficii debiti consecutione, vel à consecutione beneficii, quod illi indebitum est, vel solum est debitum ex quadam decencia, & honestate.

Dicendum ergo est, si impediatur absque vi vel fraude digniorem à beneficii consecutione, quod illi proprie & strictè debitum non sit, nec peccas, neque obligationem habes restituendi, quia aliorum utilitatem in ebitam impedire, vt tuae consulas licitum tibi est; si quidem nemini iniuriam irrogas, neque conseri possunt impediri quod sic impediti sunt, cum ipsis beneficium debitum non sit, & abique vlla vi, & fraude ab illius consecutione eos impediatur. Ex quo fit verbis, & muneribus, sollicitudine, & diligentia te posse mouere collatorem, vt beneficium, quod licite potest digno conserre, omisso digniori, de facto tibi, vel alteri amico conserat, & testamentarium infestare. qui determinatus erat legatum dignissimo relinquere, vt relinquat tibi, vel tuo consanguineo; quia in supradictis casibus non aufert ab aliquo quod illi proprie debitum sit. sic Valquez opus. de benef. c. 2. §. 3. dub. 19. n. 133. vers. secundo ergo. Rebell. de obligat. iust. 1. p. lib. 3. q. 2. n. 8. & §. 2. n. 8.

3 Quod si malo animo hoc impedimentum caues, aduersus charitatem peccas, non tamen obligaris restituere; quia obligatio restituendi non ex intentione nocendi, sed ex nocumto dato nascitur. Valq. opus. de benef. c. 2. §. 3. dub. 19. n. 127. & §. 99. Gut. lib. 2. can. quast. c. 11. n. 71. Petrus Nauarra lib. 3. de restitu. cap. 4. n. 7. Rebell. 1. p. de oblig. iust. lib. 3. q. 2. n. 5. & alij apud ipsos.

Sed aduersus hanc sententiam pugnare videtur textus in leg. 2. §. idem habeo. 2. ff. de aqua pluuiar. aranda: vbi habetur te non teneri ad restitutionem, si impediatur aqueductum, qui ad vicini fundum per tuam possessionem deriuatur, modo ex odio, & malo animo non feceris. Ergo tacite insinuat per argumentum à contrario te teneri; si odio, & malo animo feceris. Varias huic legi solutiones doctores excogitarunt: sed haec mihi videntur aptiores. Prima. Si neges consequentiam; quia argumentum à contrario non est si in iure, praecipue cum absolute contrarium est dispositum. At in 1. §. demique 1. ff. de aqua pluuiar. aranda. & leg. Proulus. & leg. sum. n. 5. §. fin. de damno infect. est absolute dispositum te nullam obligationem habere, cum proprio iure uteris, vt si effodiens puteum, venas aquae vicini inferioris praecindas. Secunda solutio est, si dicas te non teneri in conscientia, esto malo animo facias; at in foro exteriori teneri, dum non probas iure proprio vium esse. Tertia est, impedimentum habere aduersus te actionem, vt ab impedimento cesses, quoties absque vilo quo commodo illum à consecutione beneficii impediatur, quia nec charitas, nec iustitia legalis permittit te in malitioso impedimento apponendo persistere.

4 At si vi, dolo, & fraude digniorem à beneficii consecutione impedis, vt derat digno, obligationem habes restituendi digniori omisso pro quantitate spei, quam dignor habebat illud consequendi. Et idem est, si duo aequè digni ad beneficium concurrerent, & tu vnum ex illis vi, & fraude à beneficii datione impediatur, teneris restituere, quanti spes obtinendi beneficii aestimabitur, & fortiori cum solus vnus concurrat: sic Cou. reg. peccatum. 2. p. §. 7. n. 8. concl. 5. Soto lib. 4. de iust. q. 6. n. 3. vers. neque in de secundo. Nauarra. c. 17. n. 73. Petr. Nauarra lib. 3. de restitu. c. 5. n. 11. Gutier. lib. 2. canon. q. c. 11. num. 83. Valq. opus. de benef. c. 2. §. 3. dub. 10. Rebell. de oblig. iust. 1. p. lib. 3. q. 2. n. 6. Lessius lib. 2. de iust. c. 12. du. 18. n. 125. & 126. Ratio est, quia esto digniori in concursu digni non debeat beneficium, quod non est semper verum, neque digno in concursu aequalis digni, ac cuiuslibet debetur, ne per vim aut fraudem impediatur ab illius procuratore. Quilibet enim dignus ius habet procurandi beneficium, ergo si tu cum per iniuriam à tali consecutione impedi-



iniustitiam committis, obligatis ergo satisfacere. Et explicatur amplius. Dupliciter procurantem beneficium ab illius consecutione impedire potes per vim, aut fraudem. Primo si ipsum, vel eius procuratorem, aut literas, quas mittit, vi vel dolo detineas, & tunc clara est iniustitia. Secundo, si collatori vim inferas ne beneficium conferat, aut illi mendacium aliquod dicas, quod à voluntate conferendi beneficium diuertitur: & tunc etiam iniustitiam committis non solum aduersus collatorem, quem iniustitiose detines, vel dolose decipis, sed aduersus eum cui illud beneficium erat conferendum. Quia illud obtinere non potest, nisi collator velit conferre. & ex alia parte habet ius procurandi, vt collator velit. Ergo iniustus illi es cum hanc voluntatem per iniuriam impedis.

Dixi te esse obligatum satisfacere digniori in concursu digno, si per vim aut fraudem impedisti, ne digniori beneficium conferretur. Verum si impedisti dignum, vt daretur digniori; aliquid existimant te nullam obligationem restitutionis habere. Lessius lib. 2. cap. 12. num. 126. & 201. lib. 6. cap. 15. q. 16. Quia beneficia dignioribus sunt conferenda. Alij e contra affirmant; quia esto non debeat digno beneficium, debetur tamen ne impediatur ab illius procuratore. Distingendum tamen est inter officia, & beneficia, quae necessatio dignioribus sunt conferenda, & inter ea quae liberè dignis in concursu digniorum conferri possunt. Si impedis dignum, vt detur digniori à beneficij consecutione quod nulla ratione ei potest conferri: nullam habes obligationem; quia ipse in concursu dignioris nullum ius habebat procurandi tale beneficium: imo inique faciebat sic procurans; ut beneficium iuste procurare poterat dignus in concursu dignioris; quia digniori non erat necessatio conferendum, credo te esse obligatum ei recompenare, quanti spes obtinendi beneficij fuit estimata; quia per iniuriam impedis, quod ipse procurat, & obtinere intererat beneficium ad quod ius habet. Quod efficacius procedit in institutione heredis, legatarij, aliorumque beneficiorum, quae pro libera conferentis voluntate dari possunt. sic expresse Valq. *in se. de benef. c. 2. §. 3. dub. 20. n. 158.*

Potes, an si tibi digno beneficium collatum est, cum digniori ex obligatione esset conferendum, tenearis beneficium in fauorem dignioris resignare? Videris teneri; quia obligatus es satisfacere digniori damnum illatum; at hoc nulla alia via satisfieri rectius potest, quam facta resignatione. Ergo illam teneris facere. sic Rebell. 1. p. de oblig. inf. lib. 3. q. 6. n. 6. & segg. Nilominus credo te non esse obligatum beneficium resignare, quoniam beneficij collatio est firma, & de te perpetua. Tum quia digniori non erat certum beneficium dandum esse. Tum quia tibi non competit ministros Ecclesiae desigulare. Tum quia beneficium acquisito non videtur obligatus spoliari, quovisque sententia accedat, sic Lessius lib. 2. de iust. 34. dub. 15. n. 76. Dixi quoniam beneficij collatio est firma, vt excluderet collationem beneficij parochialis per concursum obtenti; quam probabilius defendimus nullam esse factam digno in concursu dignioris, quia tunc negaretur digniori cedere, sicuti si indigno esset beneficium collatum. Raro tamen vel nunquam praesumere quis debet esse minus dignum notabiliter; nam esto dotibus scientia, & doctrina videat alios sibi esse praefatos; praesumere tamen potest aliquam causam occultam esse, ob quam elector aliis illum praetulerit, & postea hac praesumptione beneficium resignare non debet; quia in casu dubio nemo tenetur se iure acquisito spoliare; sic fecerunt doctores supra relati.

Rogabis, an censuris per iniuriam impedire à beneficij consecutione eum, cuius literas obsequat aperis, credens de beneficio vacante notitiam dare, & ratione huius notitiae praenitis collatorem, & impedis ne qui misit literas, beneficium obtineat. Et quidem si non solum aperis, sed etiam detines literas, & ob hanc detentionem beneficium non consequitur qui literas misit, clarum est, obligationem esse restituendi pro quantitate spei obtinendi beneficij. At si solum legisti, & aperas iterum obsequasti, & absque vlla mora tradidisti, ac si nunquam legisses, & notitia habita collatorem praemissit, & ob hanc praenitionem impedisti, ne qui misit literas beneficium obtineat; probabilis credo te moraliter peccare, at ad restitutionem obligatum non esse. sic Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 18. à num. 124. Et quidem te committere peccatum mortale in appetitione harum literarum sic proba, quia ea quae quis sub sigillo scribit, intendit secreta haberi, neque alteri ab eo cui literae mittuntur, manifestari. Ergo iniustitiam committis, si secretum violes; & cum hac secreti violatio in graue scribentis damnum cedat, erit peccatum mortale. Quod autem ad restitutionem obligatus non sis, inde probatur; quia ex appetitione iniusta literarum alius non fuit impeditus à beneficij consecutione; si quidem stare possit te aperuisse & legisse literas, & alium impeditum non esse à beneficij consecutione, si tu collatorem non praenites, nec diligentiam faceres in tui fauorem. Ex praenitione ergo, & diligentia facta, & non ex appetitione literarum alius impeditur. At hac praenitionem facere, & diligentiam apponere non est contra iustitiam; tamen iniustitia fundamentum habet. Ergo ex hoc impeditum non contrahis obligationem restituendi. Exemplo

scientiae aere demonis acquisitae illustrari potest. Nam licet in tali acquisitione graue peccatum superstitionis interueniat, illa tamen acquisita licite à vi potes; sic in praesenti iniuste notitiam vacantis beneficij acquisitis; at illa habita licite collatorem praenites, alisque honestis medijs beneficij consecutionem procuras.

Sed quid si muneribus infectas eligentem, vt tibi digno beneficium, officium, aut cathedram concedat, omisso aequè digno, aut digniori? Respondeo in beneficiis, officiis & cathedris, quae necessario digniori sunt conferenda per concursum datum est iuxta nostram sententiam te esse obligatum digniori omisso satisfacere. At in beneficiis, officiis, & cathedris, quae per concursum non prouidentur; nulla esset restituendi obligatio digniori omisso; quia munerum dato non inferit vim, aut dolum, ac prouide neque inuoluntarium caularum. Verum est hoc ita fit, potest esse grauisimum peccatum hanc muneribus obtinere. Nam si beneficium est Ecclesiasticum, clarum est simoniam esse, si sub aliquo pacto expresso, vel tacito obligandi ad beneficij consecutionem hanc munera conferantur, vt laicus diximus *dis. de simonia*, neque collatio beneficij tenet, secus si gratis donentur, & sic intelligantur accipi. At si officium est laicum nulla videtur esse prohibitio dandi hanc munera, si gratis dentur, esto denur animo alliciendi collatorem ad talis officij collationem. Verum si dentur sub obligatione, vt haec officia constantur, distinguendum est, si dentur principi, qui ea vendere potest, licite est donatio; quia est virtualis officij venditio. At si dentur alteri qui ea vendere non potest, sed necessario ea gratis prouidete debet, censetur licitam esse talem donationem; & munerum receptionem; quia pro te ad quam quis est obligatus facere, pretium ex te non potest. Hoc tamen intelligendum est, cum haec officia non sunt venditibus, sed reipublicae, secus si venditis essent, & solum ex lege superioris obligatus esset ea gratis donatus; quia tunc solum esset legis transgressor accipiendo munus, vel pretium, non tamen esset transgressor iustitiae, vt laicus dicimus, cum de emptione, & venditione sermo habebitur. Interim videatur Valquez *opusc. de benef. cap. 2. §. 5. dub. 14. 15. & 16.*

In obtentione cathedrarum aliter est dicendum: nam elector dignior sis alijs oppositoribus (quod nunquam debet praesumere, etiam si plures sic tibi blandiantur) nullo modo tibi licitum est muneribus electores obligare, imo nec allicere, vt pro te suffragium ferant alijs omittis; quia postea subordinatione electorum suffragium nullum est, tum ob ipsorum inhabilitatem, tum ob tuam: ratione enim subordinationis, & ipsi redditi sunt inhabiles ad suffragium ferendum, & tunc aperte accipiendi cathedram, ex omnium fere vniuersitatum constitutionibus. sic Rebell. 1. p. lib. 3. de oblig. inf. q. 4. §. 7. in princ. Quod si cum Basilio de Leon. lib. 6. de matr. c. 17. §. 6. in si. dicatur hanc munera conferre ad redimendam vexationem, quae tibi inferatur, cum alij minus digni procurant à te cathedram expetere, facile respondetur negando te debere iudicare dignissimum; quia nimis arrogans, & fallax est tale iudicium. Nam esto literis alios praefatos, possunt ipsi in virtute, & prudentia, & arte decedere te praecellere, quomodo ergo aude te dignissimum iudicare? Adde, nullus vir cordatus damnae potest oppositorem dignum, qui electorum iudicio se submittit, & tali iudicio nixus cathedram procurat, si forte aequè dignus ac alij appareat. Nam esto plures, & doctiores te digniores iudicent, non desunt alij qui contrarium sentiant, ergo ex horum iudicio, vt pote probabili; oppositorem vt pote licite, & vniuersitatem maxime conuenientem, quae competitorum multitudinem exoptat, nulla esse potest, vexatio, quae redemptionem hocerit. Deinde esto concederemus, vt omnino certum, & certum, te omnium oppositorum dignissimum esse, neque alios tua dignitate tua dignitatem esse recompenfatos (quod est iudicatum moraliter impossibile) adhuc non assentior te muneribus hanc vexationem redimere posse. Tum quia per appellationem, alisque vijs reparari potest. Tum & praecipue, quia hic modus vexationem redimendi ab vniuersitatis constitutionibus prohibetur est sub pena inhabilitatis electorum, & oppositorum, ob grauisissima inconuenientia, quae inde sequuntur, quod manifestissimum est. Nam etiam si oppositores hanc munera praebentes allegarent ea dedisse ob redimendam vexationem, quae sibi ex plurium sententia inferretur ex aliorum oppositorum concursu, nequaquam audierunt, neque excausarent à subeunda pena subornantibus imposta, & merito, quia esset excausare electores, & viam iniustitiae aperire. Rebell. *ius quæst. 7. num. 3.* Nullo tamen modo est audiendus Basilius de Leon. cum dicit, si scholasticus cathedram electores à te postulerit, tamen si dicent te pecuniam velle, posse illis concedere, tamen si oppositores non excellas; quia in hac pecunie erogatione nulla est vexationis redemptio, & ex alia parte contra leges oppositio facis, & electoribus occasione praebes falsè iurandi, cum tempore electionis ab illis expostulabit iuramentum, an aliquid ab oppositoribus acceperit.